



**Ecclesias Evangelicas neque haereticas neque schismaticas,
sed plane? orthodoxas & catholicas esse Iesu Christi
ecclesias, apodixis, : ad illustrissimum principem & dominum
D. Georgium Comitem Vuirtenbergen. & Montis Mellgradi, &c.**

<https://hdl.handle.net/1874/401950>

3
ECCLESIAS

EVANGELICAS NEQVE HAE

RETICAS NEQVE SCHIS-

maticas, sed planè orthodoxas & catholi-

cas esse Iesu Christi ecclesias, Apodixis, ad

illustrissimum principem & dominum D.

Georgium Comitem Vurtenbergen.

& Montis Bellgardi, &c. au-

thore Henrycho Bul-

lingero.

I E S V S.

Hic est filius meus dilectus in quo
placata est anima mea: ipsum
audite. Matth. 17.

I 5 5 2.

BOOK 218

EVANGELIUM

IOHANNIS

IN GRÆCIS

ET LATINIS

SCRIPTURIS

ET

EXPLANATIONIBUS

ET

NOTIS

ET

INDEXIBUS

ET

ALIIIS

RELIQUIS

ET

ALIIIS

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO,

domino Georgio Comiti Vuirten-
bergenf. & Montis Bellgardi, & c. do-
mino suo clementissimo. Gratiam
& pacem à Deo patre per Do-
minum nostrum Iesum Chri-
stum precatur.



NOVVM hodie nõ est quod
ingratus hic mundus fiden-
tes soli Christo & ab vnico
pendentes, omnibus adope-
rit probris atq; contume-
lijs. Etenim à mundi exordio fidentes Deo,
digni sunt visi, quibus insultarent omnes.
Prisca illa veteris sæculi exempla non com-
memorabo, Moses & Aaron de repub. Is-
raelis præclare meriti, ab ipso Israelis popu-
lo atrocissimorum accusabantur criminum:
quasi misello popello quietem in Aegypto
tranquillam invidentes, ipsum ceu crudeles
parricide abstraxerint in desertum, in cer-

2 AD COM. VVIRTEM.

tissimam inquam perniciem. Helias ab omnibus pijs, propter egregia in patriam merita, pater patriæ appellatus, & ab ipso Deo in cœlum magno translatus triumpho, audit à rege Achab, Tu ne es ille Israelis turbator? Constituuntur item eius parricidis muncra regia: quasi pestem à regno auertisset, qui sustulisset è medio Heliam. Prophetæ deniq; populi Dei omnes vnâ cum credentibus prædicationi ipsorum condemnabantur à suo sæculo impietatis, seditionis & atrocissimorum quorumq; criminum. Quid quod ipse Dei & Mariæ virginis filius Iesus Christus Dominus orbis, & saluator totius mundi, de quo Propheta dixit, Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum: & de quo horridus satelles pronuntiabat, Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic homo, ab ipsis nihilominus scribis & phariseis accusatus legitur horridæ corruptæq; doctrinæ, imò blasphemie in Deum, & rebellionis contra principes? Tertullus orator in iudicio corâ Felice

Felice præside Iudææ, Paulum apostolum cri-
 minatur turbatorem esse, adeoq; pestem to-
 tius orbis. Nec parsum est reliquis apostolis,
 quippe quos inimici pietatis appellarunt sce-
 leratissimos huius mundi adeoq; totius hu-
 mani generis hostes. Demetrianus & Sy-
 machus viri eloquentes & potentes, editis
 contra fidem nostram criminationibus do-
 ctrinæ euangelij & doctoribus euangelicis
 acceptas tulere omnes calamitates, quibus
 tunc atterebatur hic mundus. Quid ergo no-
 ui sustinet hodie ecclesia Christi euangelica
 si adhuc liberum esse sentit vilissimo cuius
 & fingendi et exonerandi in nihil tale me-
 ritos fideles ad operta conuitorum plaustra?
 Dixit sanè Dominus in euangelio, Veniet
 tempus vt quisquis interficiat vos, videat-
 ur sibi cultum præstare deo. Sed idem tamē
 ad cōsolationem piorum mox subiungit, Et
 hæc facient vobis, quia non nouerunt patrē
 neq; me, & quia me priorē persequuti sunt.
 Fideles ergo seculorum omnium forti animo
 & patientia longanimi contumelias illas o-

4 AD COMIT. VVIRTEN.

mnēs sustinuerunt, et sustinent, per Dei gratiam, etiam hoc saeculo: agnoscentes patientia in hoc certamine vincendum esse. Interim verò ne latum quidem culmum cesserūt unquam aut cedunt adhuc à confessa veritate, neq; deserunt aut deseruerunt unquā veritatis patrociniū: utcunq; videatur periculosum tot se obijcere aduersarijs potentib. Cyprianus martyr Christi cōtra Demetrianum, Conticui haētenuis, inquit, & impatientem patientia vici: cum nec docere indocilem possem, nec impiū religione comprimere, nec furentē lenitate cohibere. Sedenim cum dicas plurimos conqueri quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames sauiāt, quodq; hymbres & pluuias serena longa suspendant, nobis imputari, ultra tacere non oportet, ne iam nō verecundiæ sed diffidētiæ esse incipiat quod tacemus: et dū criminatiōnes falsas cōtemnimus refutare, videamur crimē agnoscere. Tantū Cyprianus. Sed cur humana proferimus cū diuina & illa quidē excellentissima nos non destituāt? Etenim
Dominus

Dominus noster Iesus Christus magna patientia & robore inuicto pertulit in horto montis oliuarũ incursum & furorẽ vincula & cathenas ministrorum pontificis & sacerdotũ: idem tamẽ ne intempestiuo silentio videretur approbare iniuriam manifestam, Quasi ad latronem, inquit, existis cum gladijs & fustibus: cum quotidie vobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me. Sed hæc est hora illa vestra et potestas tenebrarũ. Idẽ admiranda et summa patiẽtia tulit ministrũ pontificis a lapã indignissimẽ impingentẽ: sed idem ne videretur iniquissimã vim approbare tacendo aut dissimulãdo, veneranda cum maiestate ad ferientem conuersus, dixit, Si malẽ loquutus sum testare de malo, si bene, cur me cædis?

His ergo exẽplis confirmati fideles Christi huius nostri sæculi patienter ferimus quæcunq; in capita nostra congerunt conuitia aduersarij. Nam utcunque peccatores simus & peccata nostra coram domino deploremus: scimus tamen nihil eorum in nobis con-

6 AD COMIT. VVIRTEN.

uitiorum hærere quorum isti in nos densos
effundunt nimbos. Scimus cui credidimus,
& certi sumus de spe illa nostra infallibili.
Scimus Deum nobis reconciliatum, in Chri-
sto domino nostro esse propiciam. Ceterum
cum à multis & magnis uiris nihilominus
appellamur conturbatores ecclesiæ, omnium
malorum causæ, seditiosi, hæretici & schis-
matici, plures itè & innocentiores maxime
nesciant nostram innocentiam, ipsa utique
res flagitat imò ueritatis defensio, ipsum
Christi præceptum et exemplum & sum-
ma nostra necessitas requirit, ut hic causam
nostram bonam & sanctam non tantum
tueamur, sed simplicioribus etiam demon-
stremus nos in nostra religione non esse ta-
les, quales uideri uolunt aduersarij.

Et quamuis eandem causam aliàs quoq;
tractauimus, quia tamen capita defensionis
nostræ per multos libros dispersa sunt, &
aduersarij nihil mitigati magis magisque suis
inualescunt clamoribus, deniq; copiosas di-
sputationes nostras diligentius legere uel au-
dire.

dire aut dedignantur, aut nō uacat, breuissimā hāc adornauī Apodixim, q̄ pietatis ergo ab ecclesia euangelica enormium criminum horrenda portenta, ipsam inquam hāresim & schisma abarcere, & eidem titulum uere orthodoxæ & catholicæ Christi ecclesie uendicare contendo. Modestè (spero) causam hanc ago: non regero ulla in aduersarios conuicta, nostram duntaxat tueor innocentiam. Præterea conor, Deo auxiliante, argumentis scripturarumq̄ testimonijs non sannis & clamoribus hoc quicquid negotij est absoluere.

Hunc autem librum nostro huic sæculo imprimis necessarium, & ad ueritatem Euangelicam propagandam non omnino inutilem, tuæ pietati Princeps Georgi illustrissime dedico: non tam ut eo tuam pietatem in ueritate Euangelica, propter quam hætenus patienti forti alacriq̄ animo uariam expertus es fortunam, confirmem: quam ut animi erga te mei obseruantiam declarem. Heroicas sanè uirtutes plurimas & impri-

8 AD COMIT. VVIRTEN.

mis singulare pietatis religionisue studiū cō-
tulit tibi diuina liberalitas. Vnde merito uiri
boni oēs te amant sincere, et dona in te Dei
amplifce prædicant. Dominus Iesus confe-
rat tibi incrementum spiritus illius princi-
palis, ut in omni bono ampliores subinde pro-
gressus facias, perseverandoq; in pietate ve-
ra omniumq; virtutum studio, ecclesiæ Chri-
sti & ornamento et adiumento esse pergas,
deniq; ab ipso omnium principum principe
& rege Christo domino recipiaris tandem
in regiam illam excelsissimam, ubi ipse De-
us summum & præstantissimum bonū om-
nibus pijs sese fruendum ad iucundam satie-
tatem usq; prebebit in sæcula sæculorum.
Vale princeps illustrissimè et omnes pios tuæ
pietati semper commendatos habe. Tiguri
mense Februario. Anno Domini 1552.

Tuæ pietati
deditus

H. Bullingerus.

ECCLESIAS EVAN-
GELICAS NEQVE HAERETICAS
 neq; schismaticas, sed planè orthodo-
 xas & catholicas esse Iesu Chri-
 sti ecclesias Apodixis au-
 thore H. B.



ACCUSATUR hodie
 de multis et à multis Ec-
 clesia euāgelica, nostræ
 curę et fidei ex parte cō-
 missa à Domino, adeò
 ut uix dies recensendis duntaxat ac-
 cusationis capitibus sufficeret, nedū
 euertendis aduersariorum argumen-
 tis cōfutandisq; eorum calumnijs.
 Aequum est interim aliquid illis re-
 spondere ne tacendo uideamur ob-
 iecta subuereri in speciem probabi-
 lia, uel ipsorum quasi in nobis iuste
 hærentes agnoscere calumnias. Qui
 nimo scriptura euangelica & aposto-
 lica iubet tueri ueritatē & oppugna-

10 *ECCL. EVAN. VERAS*

re mendacia, testimonium ferre ueritati & innocentiam fidelium Christi asserere. Quid autem agas, in tanta aduersariorum ac præiudiciorum turba? aut unde incipias defensionem ecclesiæ, tot & tanta undiq; crimina obijcientibus ac ictus ueluti reciprocantibus hostibus tam acerbis & infensis? Sanctus Paulus doctor gentium et uas Christi selectissimum, cum & ipse quondam unà cum caussa Euangelij optima à Iudæis, primū coram Antonio Felice, deinde coram Portio Festo Iudææ præsidibus, de multis accusaretur, & tātum non aduersariorum potentia eloquentia auctoritate & splendore opprimeretur, nec tamen locus nec tempus ei de singulis copiose respondendi concederetur, se & sibi & iustissimæ suæ causæ satis patrocinatorum existimauit, si demonstraret certis aliquot & maximè popularibus argumentis, nihil se alienum à scripturis
&

ESSE CHRISTI ECCL. II

& à spe Israelis unquam docuisse,
imò propter illam Israelis spem strenue prædicatam & defensam iniquis præmi odijs aduersariorum.
Cuius quidem exemplum planè diuinitissimum & optimum, imitaturus, cum & ego loco & tēpore excludar, quo minus possim sigillatim & ordine ad omnia respōdere obiecta, conabor tamen, Deo auxiliante, maxime euidentibus & prespicuis argumentis, id quod præcipuum in hac causa & maxime generale est, declarare & omnium oculis exponere, Ecclesias uidelicet euangelicas neq; hæreticas neq; schismaticas, sed planè orthodoxas & catholicas esse Christi Iesu ecclesias. Oro autem uestram humanitatē, patres honorādi & fratres filijq; in Christo dilectissimi, ut benignas mihi aures præbeatis, qui modis omnibus conabor & dilucide & quam fieri potest breuissime nō omnia quidem quæ in hac causa adduci pote-

rant, sed ea dūtaxat proferre, quæ hu-
ius causæ præcipua sunt.

Euang. ec-
cle. recipit
omnes li-
bros cano-
nicos.

Principio cū Dominus dicat, Oves
meæ uocem meā audiunt, ecclesia
Christi quæ hodie ad papisticę eccle-
siæ differentiam appellatur Euangeli-
ca, agnoscit & recipit utriusque te-
stamenti canonicos libros, tãquam
ipsius Dei ore prolatos. Nullos ne-
gat aut aspernatur, sed & integros re-
cipit. Nec spinose disputat de rece-
ptione librorum, quis receperit aut
quis repudiarit: & potior ne sit ec-
clesiæ recipientis scripturas autho-
ritas, an scripturarum receptarum?
Tametsi enim beatus Augustinus
scripsisse legatur, Non crederem Euā-
gelio, nisi ecclesiæ catholicæ autori-
tas me cōmoueret, Gerson tamē Pa-
risiēn. Cācellarius, uir suo sæculo ex-
cellentissimus, prudenter lib. de ui-
ta spirituali secundo, Ibidē, ait. sumit
ecclesiā pro primitiua cōgregatione
fidelium illorū qui Christū audierūt
&

& uiderunt, & eius testes fuerunt.
Dū enim uiuentib⁹ adhuc apostolis
& discipulis Christi diuersa in eccle-
sia prodirent euangelia, potuerūt illi
qui ipsum Christū uiderāt & aposto-
los audierant, quid genuinum quid
nothū esset testificari. Sed & Irenæus
lib. contra hæreses 3. cap. II. multis o-
stendit tantum quatuor esse debere
euāgelia, nec meminit ecclesię quod
ea de caussa tantū 4. esse debeāt, quia
ecclesia tantum 4. receperit, sed quia
domin⁹ ita instituerit. Etenim libros
canonicos nemo synodo ab initio
protinus coacta confirmauit aut à
nothis secreuit: sed acceptos ab ipsis
authoribus Prophetis & Apostolis
sanctis ueluti per manus posteris
tradidit ecclesia. Sero cœpit decer-
ni in concilijs de canonicis & non
canonicis libris: non quod nul-
lum antea fuerit discrimen, aut nul-
lam antea habuerint libri Sancti
authoritatem, quam habuerunt

& habituri erant diuinam utique, tametsi nunquam fuissent celebrata cōcilia, sed quod sanctis Dei hominib. placeret suam quoq; proferre sententiam contra eos qui canonicis libris erant iniquiores. Ac fatemur omnes sustineri ecclesiam fundamento prophetarum & apostolorū: unde si doctrina apostolorum & prophetarum ecclesiæ fundamentum est, necessario consequi oportet authoritatem doctrinæ antecedere authoritatem ecclesiæ. Omnes ergo & singulos utriusq; testamenti libros canonicos recipimus: & eos nominatim, quos ex Græcis Melito, Origenes & Eusebius Cæsarien. ex Latinis autem Cyprianus martyr, & Hieronymus presbyter apud ueteres uel ab initio pro uere genuinis libris habitos scriptis suis prodiderunt.

De ueritate & integritate canonicorum librorum.

De ueritate & integritate horum librorum prorsus nihil dubitamus: ac in dubijs atq; difficilibus locis ad fontes

ad fontes recurrendū esse docemus. Si, ait Augustinus contra Adimantū cap. 3. admittamus hæreticis, quod caussantur, libros sacros esse corruptos, nullus erit contentionū finis. Et contra Faustū Manicheū lib. II. cap. 2. idē ille, Si de fide exemplariū, inquit, quæstio uerteretur, sicut & in nōnulis quæ pauca sunt & sacrarum literarum studiosis notissimæ sententiarū uarietates, uel ex aliarum regionum codicibus, unde ipsa doctrina com-
meauit nostra dubitatio dijudicaretur: uel si ibi quoq; codices uariarēt, plures paucioribus, aut uetustiores recentioribus præferrentur. Et si adhuc incerta esset uarietas, præcedens lingua, unde illud interpretatum est consuleretur. Idem enim alibi, quod & author Decretorum Dist. 9. recenset, Ut ueterum librorū fides, ait, de Hebræis uoluminibus examinanda est, ita nouorum ueritas Græci sermonis normam desiderat. Et

iterum idem de Doct. Christiana lib. 2. capit. II. Latini homines, inquit, & duab. alijs ad scripturarum diuinarū cognitionē habent opus, Hebræa scilicet & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita uarietas. Hæc Augustin. qui nos docuit interpretationibus uarijs Bibliorum æquiores esse, & de libro autentico in sua lingua scripto purius iudicare, quam solent qui sibi spiritum sanctum tribuentes, uniuersam ecclesiam ad uulgo receptam Latinam uersionem alligant, & omnes pios & fideles Bibliorum interpretes fœdo ingratitude uicio, & contra omnium doctorum ueteris ecclesiæ iudicium, ex æquo condemnant.

Omnia salutis comprehensa in scripturis

Credimus autem hoc sacrosancto Bibliorum autentico libro omnem ueritatem credendam, & omnem pietatem uerumque Dei cultum plenissime

fime tradi, ita ut homo Dei ad om- 2. Timot. 3
 ne opus uel officium bonum & de-
 bitum instructus reddatur. Ad hunc
 modum uidelicet sentit de scriptura
 canonica ecclesia Christi euāgelica.
 Qua in re multum differt ab hæreti-
 corū ecclesia, quæ uel scripturas de
 incertitudine & imperfectione infa-
 mat indignissime, uel libros ali-
 quot aut non recipit, aut corru-
 ptos & interpolatos recipit, deni-
 que non omnia pietatis planè in eis
 contineri pertinacissime conten-
 dit.

Deinde cum S. Petrus disertis uer- De sensu
 scripturæ.
 2. Pet. 1.
 bis pronunciet non uoluntate homi-
 nis allatā esse prophetiam, id est ora-
 cularem scripturam, sed impulsos
 sanctos Dei homines è spiritu sancto
 esse loquutos ideoq; prophetiā scri-
 pturā nō esse priuatę interpretatiōis:
 cum præterea S. Petro consentiens Rom. 12.
 beatus Paulus præcipiat prophetiā,
 id est interpretādi munus, moderari

ad proportionē fidei, & ut interpre-
 tes sobrietatis meminerint, ac intra fi-
 dei methas pro ut cuiq; domin⁹ fidei
 mensurā partit⁹ est, cōsistant, nō quē
 uis scripturæ sensum recipit aut a-
 gnoscit ecclesia euangelica, sed eum
 tantū q̄ petitur ex ipsa scriptura, qui
 est ex ipso spiritu Dei, per quē scriptu-
 ra inspirata est, qui sibi per omnia cō-
 stat, ac cum regula fidei (de qua pau-
 lō post plura dicemus) & charitatis
 concordat. Nequit enim scriptura
 per alium exponi spiritum, quā per il-
 lum ipsum, p̄ quē est tradita. Vnde in
 Euāgelio dñs. Si patrē habetis Deū, in-
 quit, quō nō agnoscitis meā loquelā?
 Et Apostolus ait, Qui spiritū Christi
 nō habet, hic nō est ei⁹. Et iterū, Quis
 hominū nouit ea quæ sunt hominis,
 nisi spiritus hominis q̄ est in eo: sic &
 ea quæ sunt Dei nemo nouit nisi spi-
 ritus Dei. Nos uero non spiritū mundi
 accepim⁹, sed spiritū qui est ex Deo,
 ut sciam⁹ q̄ à Christo donata sunt no-
 bis.

Ioan. 8.

Rom. 8

1. Corin. 2.

bis. Et hac quidē ratiōe asserim⁹ scripturas sacras esse claras, quas hæretici cōtendunt esse obscuras: ita ut etiā hic cū illis nihil cōmune habeamus.

Hic autē minimè repudiamus aut contemnimus beatorum patrum, antistitū uidelicet doctorūq; ueterū ecclesie disputationes & expositiones scripturarum, ut Irenæi, Origenis, Chrysofomi, Ambrosij, Hieronymi, Augustini & similium, modo ipsorum & expositio & sententię nihil dissideāt ab Apostolicis illis regulis. Neq; uero ipsi aliter de suis scriptis iudicari aut amplius aliquid eis tribui uoluerunt. Audiatur hac de re beatus Augustinus ad hunc modum ad Fortunatianū epistola III. pronuncians, Neq; quorumlibet disputationes quamuis catholicorum & laudatorum hominum, uelut scripturas canonicas habere debem⁹, ut nobis nō liceat, salua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorū

Quid tribuendū patribus interpretibus scripturæ.

scriptis improbare atq; respuere, si forte inuenerimus quod aliter senserint quã ueritas habet, diuino adiutorio uel ab alijs intellecta uel à nobis. Qualis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellectores meorũ. Idem eãdem sententiam pluribus exponit in epistola ad S. Hieronymum & contra Faustum libro II. capit. 5. & ad Vincentium epistola 48. & de Baptismo cõtra Donatistas lib. 2. cap. 3. Quid qd' de generalibus cõcilijs cũ Maximino Arianorum Episcopo disputans lib. 3. inter alia dicit, Sed nũc non ego Nicenum, nec tu dēs Arimense, tanquam præindicaturus, proferre Concilium: nec ego huius authoritate, nec tu illius detineris: scripturarum authoritatibus non quorumq; proprijs, sed utrisq; cõmuni- bus testibus, res cũ re, causa cũ causa, ratio cũ ratione concertet. Prouocat ergo S. August. à concilio etiam sanctissimo illo Niceno, ad scripturam

rarum authoritatem. Panormitanus Panormi-
tanus. ergo scriptor neotericus non ine-
pte nec false dixisse uidetur, plus cre-
dendum uni laico afferenti scriptu-
ras, quam generali Concilio uniuersalem
representanti ecclesiam, si scri-
pturas non afferat. Idcirco si patrum
disputationes uel sententiæ uel expo-
sitiones scripturarum, à scriptura ca-
nonica fidei quæ regula dissideant, non
est quod quisquam nobis obijciat pa-
tres fuisse uiros doctissimos & san-
ctissimos & antiquitate reuerendos.
Nā doctiores, sanctiores & uetustio-
res sunt prophetæ & apostoli Christi.
Nec est quod quisquam nobis obijciat mul-
tarum ecclesiarum in hac uel illa sententia
aut expositione confessionem. Pluris. n. fa-
cienda est consensus Christi prophetarum
& Apostolorum adde & patriarcha-
rum in religione sincera & sensu reli-
gionis sancto, per scripturas nobis
manifeste reuelato. Si quis uero multa
& integra regna annumeret, quæ ad

hunc vel illum modum instituta sen-
ferint, ei unius S. Pauli labores oppo-
nimus, qui simplici eoq; euangelico
sensu omnia impleuit à Hierosoly-
mis & circumiacentibus regionibus
usq; ad Illyricum.

De catholi-
co sensu
scripturæ
sanctæ.

Hic tamen dissimulare non debeo
beatos patres scripturarum interpre-
tes priscos, non raro certi ac irrefra-
gabilis alicuius & maxime catholici
sensus scripturarum facere mentio-
nem. Id quod nemo de peculiaribus
illis ipsorū expositionibus intelligen-
re debet: cū in interpretationibus fre-
quenter & à seipsis dissentiat, & alijs
interpretib⁹, excellentissimis licet,
non accedat, & frequentissime alter
alterius sensum insectetur. Quod ut
nō aliunde, ex D. Hieron. saltem Cō-
mētarijs in Prophetas relucet. Habu-
it autē semper & habet etiam hodie
ecclesia Dei catholica expositionem
quandam catholicam & certam scri-
pturæ, petitam ex analogia fidei, &
fidei-

fidelibus in omnibus sequendam san-
 cte traditam: in qua pij licet in alijs
 dissentiant omnes, tamen in hac con-
 sentiunt: ut cum legimus in scriptura
 Deum condidisse cœlum terram, &
 eundem loquutum esse patribus, bo-
 nosq; præmijs, malis autem pœnis af-
 fecisse & afficere adhuc, iubet catho-
 licus fidei intellect^o ea intelligere de
 Deo uero, non de Deo sæuo mali cõ-
 ditore, sicuti nugabantur Cerdon Mar-
 tion & Manichæus. Item cum legim^o
 Deum operari omnia in omnibus, iu-
 bet catholicus fidei sensus ne Deum
 constituamus peccati authorẽ: pec-
 catum enim nos trahere uitio heredi-
 tario, & sanctos uiros in hoc sæculo
 semper esse peccato obnoxios & sal-
 uari mera dei misericordia nõ merito
 proprio. Itẽ cũ scriptura prædicat De-
 um & hunc appellat patrem, filium
 & spiritum sanctum, iubet catholi-
 cus fidei ecclesiæq; sensus intelligere
 Deum unum esse in substantia trinũ

in personis: & cū Christū asserit uerū Deū & hominē esse, iubet catholicus ecclesię sensus intelligere Christū manere in diuersis & non inter se confusis naturis, et tamen in una indissociata persona. Confundunt enim personas Praxeas & Sabellius. Arius negat filium esse patri consubstantialē Deum uerum. Negat Valentinus filium esse nobis consubstantialē hominem uerum. Nestorius personam dissociat. Eutyches uerò & Timotheus naturas confundunt. At ecclesia Christi catholica reiectis illis semper suum illum genuinum scripturæ sensum retinet: quem interim beati patres editis contra hæreses disputationibus nihilominus per scripturas sanctas declararunt & confirmarunt.

Obiecerunt itaque perpetuo sancti patres hæreticis catholicum ecclesię sensum, sed eundē tamen scripturis mox confirmatum declarauerunt,

uerunt, ac ex primis fidei nostræ principijs religiose deduxerunt. De quibus mox copiosiora dicemus. Sensum uerò istum catholicum diligenter custodit etiam hodie ecclesia euangelica.

Ergo non quoslibet uocat euangelica ecclesia ad sacrum uerbi ministerium, sed exercitatos primum quidē in scripturis sanctis, deinde in sensu illo fidei ecclesiastico seu catholico. Nam deliguntur ad sacrum ecclesiæ ministerium, iuxta canones apostolicos, uiri doctrina sana & uita proba ornati. Et quemadmodum S. Paulus Timotheum suum ad synceram prædicationē euāgelij ceu dato sacramēto cōstringit, dicens, Obtestor in cō-
Eccl. euan-
gel. mini-
stri.
1. Tim. 3.
2. Tim. 4.
 spectu Dei & domini nostri Iesu Christi & electorū angelorū ut hæc serues sine præcipitatione iudicij. Et iterum, Obtestor ego coram Deo & domino Iesu Christo qui, iudicaturus est uiuos & mortuos in apparitione

sua & in regno suo, prædica sermo-
nem, insta tempestiue intempestiue
argue. Et reliqua. Ita iureiurando adi-
git euagelica ecclesia suos ministros,
ne quid ex seipsis noui comminiscan-
tur, aut alienum aliquid à scriptura
& legitimo catholicoq; fidei sensu
proferant, sed ubiq; & unice canoné
& fidei regulam & spectet & sequan-
tur. In synodis uero, quas singulis an-
nis cogit, diligens sit à pastoribus, &
in uitam & in doctrinam cuiuslibet
ministri, sana ne an corrupta sit inqui-
sitió, ne ministri casus grauior in rui-
nam secum trahat bonam ecclesiæ si-
bi creditæ partem. Qua re iterum ab
hæreticorum ecclesia modis omnib.
alienissimi sumus. Nam ut hæretici
ipsi nemine mittente currunt, nec ul-
lam rationem habent generalis illius
regulæ cum ipsi sibi ipsi sint regula et
lex, ita correctionis sunt impatientis-
simi.

De primis
fidei & reli

Etenim sensum illum ecclesiæ ca-
tholicum

ESSE CHRISTI ECCL. 27

tholicum adeoq; ipsa prima religio-
nis & doctrinæ orthodoxæ & catho-
licæ principia religiosissimè custodit
euangelica ecclesia. Sacrosancta est
ecclesiæ nostræ prima illa in parady-
so, ex ipsius æterni & summi Dei ore
pronunciata promissio, Ponam ini-
micitias inter te & inter ipsam (uel
singularem illam) mulierem, inter se-
men deniq; tuum, & inter semen illi-
us. Ipsum conculcabit tibi caput, &
tu conculcabis ei calcaneum. Agno-
scit enim hic collocata esse prima fi-
dei & salutis nostræ fundaméta. Nos
enim nostra culpa propria perimus,
seruamur autem mera dei merita per
Christum, in quo sicut nos Deus ab
æterno gratis elegit, ita uerbo suo
tempore maximè commodo reue-
lat, ut per ipsius gratiam credamus in
Christum Dei summi & excellentis
illius mulieris, id est beatissimæ uirgi-
nis Mariæ filium, ac salui fiamus. Chri-
stus enim patiendo confregit caput

gionis no-
stræ princi-
pijs.

Genes. 3

Rom. 5.

Ephes. 1.
2. Tim. 1.

Hebr. 2.

siue regnum diaboli, morte deuicta,
& peccato abolito, damnatione de-
niq; fidelibus sublata.

Fœdus
Dei cū ho-
minibus.

Gen. 17.

Sacrosanctum est ecclesijs nostris
fœdus illud Dei unicum & æternum
inter Deum & Adamum iustum, pri-
mum quidem in paradyso, deinde
sæpius renouatum & illustratū cum
beatis patribus, ut cum Noe, & sin-
gulariter cum Abrahamo patre cre-
dentium, sacramento quoque cir-
cumcisionis adiecto. Apparuit enim
Dominus Abrahæ & dixit ad eum,
Ego sum El Saddai, Deus inquam
fortis, ubique præsens & saturans
uel Saturnus id est omnisufficiencia
bonorum omnium, & ueluti copiar-
cornu. Ambula coram me & esto in-
teger: & erigā, id est reparabo fœdus
meum inter me & inter te, & inter se-
men tuum post te in generationibus
suis fœdere sempiterno, ut sim Deus
tuus et seminis tui post te. Quæ quidē
omnia nobis quoque ideo applica-
mus,

mus, quod Apostolus dixit, Si uos Galar. 3
 Christi estis utiq; semē Abrahæ estis,
 & iuxta promissionem hæredes: &
 quod loco circumcisionis datus est
 ecclesiæ baptismus: deniq; quod om Colof. 2.
 nium promissionū complementū ac
 cepimus ipsum Christum Iesum Do-
 minum nostrum.

Sacrofanctæ sunt ecclesijs nostris Tabulæ
foederis.
 tabulæ illæ fœderis huius æterni fæ-
 cerrimæ, ipso digito Dei nostri opt.
 max. in tabulas lapideas, magno cū
 mysterio, deniq; ut durabiliores ef-
 sent, exarate, & ecclesię Israelitarū, i-
 mō omniū credentiū per totū terræ
 orbem, ab ipso Deo, per sanctissimū
 Moſen traditæ: in quibus miro quo-
 dam compendio, plenissima tamē ex-
 positioe recitata habemus omnia pie-
 tatis mysteria, & bonæ erga nos uo-
 luntatis Dei certissimum testimoniū
 & nostrorum officiorū omnium per-
 fectissimam regulam.

Porrò hæc tabulas utpote digi-
 to Dei scriptas, & prius ore Dei pro-

prio, in magna illa ecclesia ad montē
 Sinai, pronūciatas, integras & incor-
 ruptas conseruamus: nihil detrahi-
 mus, nihil inuertimus, nihil adijci-
 mus, nihil omittimus, nihil cōtra sen-
 sum Christi ingerimus, nihil omnino
 mutuamus. Iccirco totis animis ab
 idololatria abhorremus, quam cerni-
 mus præterea tanto zelo à prophetis
 & apostolis esse condemnatā. Ideo quæ
 nephas esse duceremus si in templis
 nostris, soli Deo consecratis, conspi-
 cerētur ullæ uel Dei ipsius uel sancto-
 rum eius, nedum prophanorum ho-
 minum imagines. S. Paulus apud sa-
 pientissimos Græciæ Atheniens. di-
 sputans de uera & falsa religione, Ge-
 nus cum simus Dei, inquit, non debe-
 mus existimare auro aut argento aut
 lapidi arte sculpto & inuento homi-
 nis numen esse simile. Vnde et beatus
 Ioannes apostolus & euangelista præ-
 cepisse legitur, Filioli cauete uobis à
 simulachris: quæ uerba explicans an-
 tiquus

Cōtra ido-
 lolatriam.

Actor. 17.

8 Ioan 5

tiquus scriptor Tertullianus in libro de corona militis. Custodite uos, inquit, ab idolis: non iã ab idololatria, quasi ab officio, sed ab idolis, id est ab ipsa eorum effigie. Indignum enim ut imago Dei uiui, imago idoli & mortui fiat. Liberantur ergo hic à crimine hæreseos ecclesię nostrę qđ multi non alia de causa ei magnis intentant clamoribus, quam quod simulachra Dei & sanctorum eius eiecta ex omnibus Christi templis nullo modo rursus recipiuntur. Non est dubium, dicit Lactantius Crispi. Cæs. Lactan. li. 2 cap. 19. Constantini F. præceptor quin religio nulla sit ubicunq; simulachrum est. Et D. Aurel. Augustinus. in Catalogo quo omnes sui sæculi recenset hæreses, Marcellæ cuiusdam Carpocratianæ meminit, quæ coluerit imagines Iesu Christi & Pauli & Pythagoræ & Homeri, adorando incensumq; ponendo. Nam S. Irenæus martyr libro contra hæreses i. cap. 24. cō-

memorat Gnosticos Christi seruatoris imaginem iconicam ueneratos esse, cuius exemplar ad Pilatum illum Iudeæ præfectum retulerint, qui curauit Christum, ut homo gentilis, ad uiam imaginem exprimi per insignes pictores sculptoresq;. Et tamen modis omnibus imaginem illam, apud Gnosticos maximi habitam precij, sequitur Episcopus & martyr ille, qui & hodie à multis haberet, si extaret, inter diuinissimas reliquias. Neque uero hic solus Episcopus tam seuerus fuit imaginum & cultum earum persecutor & hostis, notum est omnibus Epiphanius antistitis Salaminæ Cypri, factum, quod ipse de se scripsit in epistola Græca, quam S. Hieronimus reddidit Latinam, parsum proculdubio laboribus, si credidisset hoc antistitis factum esse sacrilegium. Vidit autem Epiphanius uelum pendens in foribus ecclesiæ cuiusdam tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi uel sancti cuiusdam, At hoc ar-

In Tomo
Hieronymi .tertio
fol-73.b.

arreptum discedit ille indignū ratus
 in ecclesia Christi, cōtra auctoritatē
 (quod diserte dicit) scripturarū ho-
 minis pēdere imaginē. Hortat autē Io-
 annē Hierosolymitanū Ep̄m ut eius
 loci p̄sbyteris præcipiat ne porro hu-
 iusmodi uela, q̄ cōtra religionē Chri-
 stianā ueniūt appendāt. Magis enim
 decere curam Episcopalem, ut huius-
 modi tollatur scrupulositas (ita ap-
 pellati maginū usum in templis) quæ
 indigna sit ecclesia Christi. Nec est
 quod contra hæc tā clara & firma op-
 ponant nobis sententias atq; decreta
 Gregorij Rom. Pont. Damasceni scri-
 ptoris Græci & septimæ Synodi quā
 & Nicenā appellāt. Lōgè enim uetu-
 stiora & certiora sunt q̄ hæctenus p-
 tulim⁹. Qui ergo uos hereticos crimi-
 nantur quod caremus imaginib⁹ cō-
 uincāt prius legē Dei, testimonia uel
 sententias prophetarum & apostolo-
 rū, deniq; facta & dicta Irenei, Tertul-
 liani, Lactantij, Epiphaniij, Augustini

34 *ECCL. EVAN. VERAS*
& Hieron. crimine hæreseos, deinde
uero descendant ad nos quoq; con-
demnandos. Id autem facient aliquã
do. Scilicet. Parcant igitur & nobis.
Nos redimus ad institutũ nostrum.

Symbolũ
Apostolo-
rum.

Sacrosanctum est ecclesiæ nostræ
Symbolum illud præclarissimum &
diuinissimum quod uocant Apo-
stolorum : nullibi quidem ea for-
ma qua recitatur à nobis in scriptu-
ra descriptum, sed totum tamen &
singulis apiculis suis è scriptura apo-
stolorum petitur. Comprehendit
illud plenissimam credendi formam
adeo ut maiores nostri semper hac
ueluti probatissima & certissima re-
gula probarint qui orthodoxi & ca-
tholici aut qui cyrtodoxi & hæreti-
ci essent. S. Cyprianus martyr in ex-
positione symboli apostòlici. Sym-
bolum, inquit, Græce indicium dici
potest et collatio. Iccirco enim illud
indicium ex collatione apostolicæ
doctrinæ positum est ut per ipsum a-
gnosceretur

gnosceretur quisnam Christum uere secundum apostolicas regulas predicaret. Sed & Irenæus martyr post recitatum symbolum apostolicum. Hanc prædicationem cum acceperit, inquit, ecclesia in uniuersum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans, & consonanter prædicat, quasi unum possidens os. Tametsi enim in mundo loquelæ dissimiles sunt, est tamen uirtus traditionis una & eadem. Et neque hæc quæ in Hiberis sunt. neque hæc quæ in Celtis, neque hæc quæ in Oriente, neque hæc quæ in Aegypto, neque hæc quæ in Libya, neque hæc quæ in medio mundi sunt constitutæ: sed sicut Sol creaturæ Dei in uniuerso mundo unus & idem est: sic & lumen & prædicationis ueritatis ubique lucet & illuminat omnes homines uolentes ad cognitionem ueritatis uenire. Et neque is qui ualde præualet in sermone antistes ecclesiæ, alia quam hæc sunt, di-

Lib. cōtra
hæreses 1.
cap. 3.

cit, neq; imparatior ad dicendū minus dicit. Cum enim una & eadem fides sit neq; is qui de ea copiose posse potest differere amplius dicit, neq; qui minus copiose ualet loqui, minus tradit, Hæc martyr ille. Certissimum est itaque Symbolo Apostolico plenissimam credendi formam comprehendī, quam qui firmiter in finem usque retinet synceram, proculdubio uitam consequetur æternam, iuxta illud Athanasij, Quicumque uult saluus esse ante omnia opus est ut teneat catholicā fidem, quam nisi quisq; integram inuiolatamq; seruaerit absq; dubio in æternum peribit.

*Eccl. Euā.
recipit sym-
bola con-
ciliorum
& patrum.*

Neque uero superstitiose & morose uerbis, neglecto sensu sancto & genuino, inhæret Euāgelica ecclesia Christi: & iccirco libenter recipit omnia Symbola quæ alijs aut copiosioribus uerbis, sententijs tamen nihil uariantibus aut diuersi contentibus

nentibus, uel à patribus sanctis uel
 ab orthodoxis condita sunt Conci-
 lijs. Recipit ergo & ueneratur Sym-
 bolum Nicenum, Symbolum bea-
 ti Athanasij, Symbolum secundo con-
 ditum uel Constantinopolitanum, &
 omnes alias his congruentes de fide
 uera bonas definitiones. Ita autem re-
 probat omnes hæreses & anathema
 dicit omnibus hæreticis per scriptu-
 ram sanctam siue in Concilijs siue ex-
 tra Concilia condemnatis. Cõdemna-
 mus itaq; Simonem Magum cum omni si-
 monia, Basilidem, Valentinum, Martio-
 nem, Braxeam, Artemonem, Monta-
 num, Nouatum, Sabellium, Apolli-
 narem, Arium, Eunomiũ, Macedoni-
 um, Manicheũ, Nestoriũ, Eutychem,
 Priscillianũ, Donatũ, Pelagiũ, Helui-
 diũ, Monothelitas, & huius generis ali-
 os omnes. Proinde ecclesia euãgelica
 nõ est collectio hæretica nec cõuen-
 ticulum schismaticum, ut aduersarij
 mētiunt impie, sed orthodoxa & ca-

Damnat
 omnes hæ-
 reses.

tholica Christi ecclesia.

Qui catho-
lici, qui hæ-
retici.

Recenset nos inter catholicos ipsa
etiam Imperatoria lex. Imperatores
enim Gratianus, Valentinianus &
Theodosius scribentes Constantino
politano populo ita decernunt, Cū-
ctos populos quos clemētix nostræ
regit imperiū in ea uolumus religiōe
uersari quam diuinū Petrum aposto-
lum tradidisse Romanis religio usq̄
nunc ab ipso insinuata declarat, quā-
que Pontificē Damasum sequi claret
& Petrum Alexādrice Episcopū, uirū
apostolicæ sanctitatis. Hoc est ut se-
cundū apostolicam disciplinā euan-
gelicamq̄ doctrinam patris, et filij et
spiritus sancti unam Deitatē sub pari
maiestate & sub pia Trinitate creda-
mus. Hanc legē sequētes Christiano-
rum catholicorum nomen iubemus
amplecti: reliquos uero dementes ue-
fanosq̄ iudicātes hæretici dogmatis
infamiam sustinere. Et cætera. Si
quis uero ignorat qualis fuerit pro-
fessio

fectio fidei beatorum patrum Damasi & Petri Alexandrini, is discat ex historijs ecclesiasticis. Nihil prorsus uariarunt à symbolo apostolico & Niceno. Ergo cum his credamus toto pectore, purgati sumus planè ab infamia hæreseos, qua aduersarij nos impiè conantur conspurcare.

Cæterum obijcient, sat scio, Traditiones apostolicas à nobis non modo non recipi, sed etiam contemni atque conculcari: iccirco frustra nos fidem prætere in corruptam: maximè cum imperfectio doctrinæ apostolicæ scripturæ, per uiuam Traditionem non scriptam, absoluat ple-
nissimè, ideoq; traditiones non scriptas cum scripturis apostolicis sanctis parem habere auctoritatem. Cū uerò nos repellamus traditiones, cōsequens esse quod doctrina & fides nostra non sit perfecta. In his uerò cū aduersarij proram & puppim rerum suarum collocent: quod & æditis

De Traditionib. apostolicis.

Decretis & libris attestatur: dicendum erit non nihil, quantum scilicet temporis breuitas permiserit, de apostolorum patrumque traditionibus. Traditionis uocabulum agnosco sepe in beatorum apostolorum recurrere literis. Ab initio enim nondum à quocquam conscripta historia euangelica, Apostoli Christi, dicta & facta Christi, ita ut oculis suis uiderant, & auribus suis audierant & ex ore Christi exceperant, uiua quidem uoce, sed non tamen sine scriptura, tradiderunt ecclesijs. Quæ enim de Christo comperta prædicauerunt, ea scripturis diuinæ legis Psalmorum ac prophetarum confirmarunt. Tandem ubi Deo uisum esset, per spiritum sanctum apostolos admonuit, ut traditionem illam uiuam, partim ipsi referrent in literas, partim conscribi ab alijs curarent. Sic enim Lucas Euangelista testatur se accurata diligentia, peruestigatis omnibus,

LUCÆ 1.

omnibus, certissimam conscribere
 historiam, sicuti tradiderunt hi qui
 ab initio suis oculis uiderant, & mi-
 nistri denique pars eorum quæ nar-
 rabant, fuerant. Talis scriptor fuit
 & Marcus. Matthæus & Ioannes a-
 postoli *καὶ αὐτόπται & ἑσπέρται* fue-
 runt. Has uerò scripturas cum ho-
 die habeat ecclesia Christi, plenam
 utique habet apostolicam fidem do-
 ctrinam uel traditionem. Nihil enim
 apostolici scriptores omiserūt quod
 necessarium esse crediderūt, & quod
 ad plenam doctrinam absoluendam
 pertinere uidebatur. Id quod non
 ego solus aut primus assero. Dixe-
 runt idem ante me Irenæus & Pa-
 pias, doctores ecclesiæ uetustissimi.
 Ille enim tertio libro contra Valen-
 tinianos cap. primo, Non per alios,
 inquit, dispositionem salutis nostræ
 cognouimus quam per quos euange-
 lium peruenit ad nos: quod quidem

tunc præconiauerunt, postea uerò per Dei uoluntatem in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum. Nec fas est dicere quod illi prædicarint priusquam perfectã habuerint cognitionem. Hic uerò, Papias in quã apud Eusebium Cæsarien. Marcus, inquit, cum Petri esset interpres, quæcunq; memoria retinuit, accurate conscripsit, prout necessitas exigebat. Nam de hoc uno cogitauit, ne quid eorũ quæ audierat omitteret. Scripserunt ergo apostoli omnia ad salutem credentium necessaria. Id quod & Ioannes apostolus ipse in calce euangelij sui se fecisse manifestissimè testatur. Multa quidem alia fecit Iesus, inquit, quæ in hoc libro nõ sunt scripta. Hæc autem scripta sunt ut credatis & uiuatis. Sufficit ergo hæc scriptura ad plenam fidem informandam & ad consequendam uitam.

Proinde satis certi sumus nos habere

Lib. Eccl.
hist 3. cap.
ult.

Ioan. 20.

bere etiã scripturis comprehensam
 plenam de salute fidelium ab aposto-
 lis traditam prædicationem uel tra-
 ditionem. De hac traditione loquu-
 tus apostolus Paulus in priore ad Co 1. Cor. 15
 rinthios, id se eis tradidisse confite-
 tur, quod acceperat à Domino. Nec
 uerbis consequenter subiectis aliud
 refert, quàm quod in euangelio ad
 uerbum propè scriptum legimus. Idẽ
 in eadem epistola de eadem traditio- 1. Cor. 15
 one loquutus dicit, Tradidi uobis,
 quod acceperã, quod Christus mor-
 tuus fuerit pro peccatis nostris secũ-
 dum scripturas: & quod sepultus sit,
 & quod resurrexerit tertio die secun-
 dum scripturas. Rursus Traditionis
 meminit in 2. ad Theff. cap. 3. sed pro-
 tinus apertis uerbis qualis ea fuerit 2. Theff. 2
 exponit. Ac in 2. cap. eiusdem episto-
 læ ad Theffalonicen. traditionis ite-
 rum faciens mentionem, Itaq; fratres
 inquit, state & tenete traditiões quas
 accepistis per sermonem siue per epi

stolam nostram. Ac uniuersam quidem doctrinam suam quam in genere traditionem (parádoxin) nominat, comprehendit Paulus Sermone & Epistola. Per Sermonem intelligit prædicationem Euangelicam quam Thessalon. uiua uoce annunciarat, eomodo & earatione, qua & alij apostoli alijs gentibus Christum prædicabant, quam & Lucas retulerat in literas, qua denique ipse Paulus Romanis quoque scripta epistola prædicabat. Diximus enim Lucam ea quæ ab apostolis de Christi dictis & factis tradita acceperat diligentissimè retulisse in literas. Eusebius author est ueteres Pauli uerba, Secundum euangelium meum, intellexisse de Euangelio Lucæ. Sed & ipse Paulus testatur in primo & decimo quinto capite epistolæ ad Romanos, se Romanis scripta epistola, uulgò omnibus nota, euangelisasse. Epistolis

Epistolis certe suis breuius absens refricat, quod præsens docuerat copiosius, emendans his errores in ecclesia quos interea dū abfuerat sparserant pseudoapostoli, admonens item omnes officij sui, & refarciens si quid uidebatur esse diminutum. Cum autem hodie in ecclesia extent quatuor consonantia Euangelij uolumina, & quatuordecim epistolæ, ut alias aliorum apostolorum epistolas non commemorem, quis dubitauerit porrò plenè nobis traditam esse traditionem uel doctrinam apostolicam?

Porrò in Actis Apostolorum apud Lucam legimus mentionem fieri Decretorum apostolicorum, quæ alij Traditiones appellant. Cæterum perspicuis uerbis exprimitur, scripta synodali epistola, quid intelligi uelint per Decreta, aut

Decreta-
postolorū
Astorū 19,
& 16. cap.

per Traditiones suas apostoli. Scribunt enim ad hunc modum, Visum est spiritui sancto ac nobis ne quid amplius imponeremus uobis oneris quàm hæc necessaria, ut abstinere ab idolothytis, à sanguine & suffocato, & scortatione. Quod quidem decretum uerè apostolicum modis omnibus oppugnat Traditiones falsò appellatas apostolicas, quib. hodie grauantur fideles in ecclesia. Veri enim apostoli Christi, Visum est spiritui sancto et nobis, inquit, ne quid amplius imponeremus uobis oneris.

Vide Socratem eccles. hist. lib. 5. cap. 22.

En, Ne quid amplius, inquit, oneris uobis imponeremus. Aduersarij enim Pauli, còtra quos synodus pronunciat sententiam, contendebant fideles oportere circumcidi et seruare legem Mosis. Ac reliquos quidem apostolos huius sui falsi dogmatis faciebant authores. Sicuti & nostro sæculo multi prætextu Traditionum apostolicarum aggrauant et dogmatibus

bus & ritibus libera fidelium colla.
 Sed quid de his pronuntiant apostoli
 Christi ueri? Illis nihil, inquit, mā-
 daueram⁹. Egressi sunt ex nobis, sed
 non missi sunt à nobis. Imo isti turba-
 tores sunt ecclesiarú. Ex qua aposto-
 lica sententia S. Paulus haud dubiè
 mutuo accepit uerba illa sua, quæ in Galat. 1.
 principio epistolæ ad Galatas in hæc
 leguntur sententiam, Miror quod à
 Christo qui uos uocauit per gratiam
 tam cito transferimini in aliud Euan-
 gelium, quod nõ est aliud, nisi quod
 quidam sunt qui conturbant uos &
 uolunt inuertere Euangeliũ Christi,
 Verum etiam si nos aut Angelus de
 cœlo prædicarit uobis Euangelium
 præter id quod prædicauimus uobis
 anathema sit. Quam quidem senten-
 tiam repetendo, declarat quam cau-
 tos esse oporteat fideles in recipien-
 dis illis quæ Traditionum apostoli-
 carum titulo uenditantur. Damnan-
 tur enim & anathemate percutiuntur

traditiones oēs, q̄ agrauāt libera fide
liū colla, deniq; qualiacūq; sint q̄ nō
cōgruūt cū scripto euāgelio & doc-
rina apostoli Pauli adde et cū reliquo-
rum apostolorū prædicatione, quæ
uniformis & concors est per omnia.

Traditio-
nes senio-
rum huma-
næ.

Sed & in euangelio secundū Matt.
in cap. 15. mentio fit Traditionum se-
niorum uel patrum, sicut & ad Gala.
1. cap. quas ipsas dominus, quod nō
congruerent cū scripturis & lege di-
uina, prorsus condemnat, in patroci-
nium uocato Isaia, qui & ipse cōdem-
nat oēs huiusmodi hominū traditio-
nes, dicens: Frustra me colunt docen-
tes doctrinas præcepta hominum,
Remouentur ergo a cultu Dei quali-
cunq; seniorū titulo ornatae sint tra-
ditioēs, hoc est doctrinæ & ritus oēs
quotquot cū scripturis non cōueni-
unt: aut quæ ex Iudaica superstitione
profluunt. Cōtra quos & apostolus
scripsit in 2. ca. ad Coloss. Et hæc qui-
dem hæctenus de sententia scripturæ
super

super Traditionibus.

Iam quod ad patres attinet facile Patres de Traditionibus. ex ipsorum scriptis colligere licet ipsis etiam patribus beatis negotiū ingēs fecisse hæreticos fūco & prætextu apostolicarum traditionum. Nam Irenæus libro contra Valentinianos 3. ca. 2. Cum ex scripturis arguuntur hæretici, inquit, in accusationem cōuertuntur ipsarum scripturarū: quasi non rectè habeāt, nec sint ex auctoritate, & quod uarie sint dictæ, & quod ab his qui traditionem nesciūt ueritas ex scripturis inueniri nō possit. Non enim per literas traditam illam, sed per uiuam uocem. Hæc ille. Quid autem hodie nobis clarissimas scripturas proponentibus aliud obijcitur ab aduersarijs? Eo uenerunt impietatis & impudentiæ ut ausint æditis libris pronunciare fontem omnium errorum esse nihil recipere nisi quod scripturis tantum sit traditum. Aliud enim

præterea doctrinæ genus esse, quod traditionē uocāt, quam nisi quis probe teneat, neq; in scripturis recte uerfari posse neq; in solis scripturis quicquam certi et absoluti habere? Quod quemadmodum citra contumeliam æternæ ueritatis grandem non dicitur, ita omnino cautum non est illas quoq; traditiōes promiscue & inexpensas recipere, quas ipsi beati patres pro apostolicis uenditant, Video sane hos nō eiusdem generis traditiōnes proferre in medium, Sunt enim quas patrum nec tamen diserte apostolorum appellāt: sunt quas apostolicas omnino uideri uolunt. Est autē & in his diuersitas. Etenim sunt quæ dā prorsus historicæ traditiones, cōmemorantes uidelicet quid Christ⁹, quid apostoli Christi dixerint aut fecerint: cui⁹ quidē generis nō paucas cōmemorasse Papiā, author est Euse. lib. eccl. hist. 3. ca. 39. Sed idē mox. Et alia quidē idē cōmentator tanq̄ ex ui

ua traditione ad se relata, & peregrinas quasdam seruatoris parabolas & doctrinas cum alijs nonnullis fabulosis adijcit. Traditionem Ioannis apostoli de ætate domini nostri Iesu Christi recitatam ab Irenæo contra Valent. 2. cap. 39. qui uanã esse nõ uidet nihil uidet. Traditionem Polycarpi de Ioã. fugiẽte balneũ, in quo erat Cerinthus hæreticus, ne corrueret, probe congruit cum doctrina apostolica scripta. Teneamus ergo in hoc traditionum genere quod tenendum est ubique, omnia probate quod bonum est tenete.

Euse. eccl. hist. libr. 3. cap. 28.

Deinde sunt traditiones de ritibus & dogmatibus æditæ: cæterum non pares ubique neque ab omnibus obseruatę receptæque illæ. Beat⁹ Cyprian. & August. meminere traditionis, qua solebat in fantibus eucharistia offerri sub utraque specie, ceu omnino necessaria ad salutem: uerum quis illam uel hodie agnoscit? Epiphanius contra Aërium scribit traditionem apostolorum esse ut sex

De peccat. meritis & remiss. lib. 1. cap. 20.

dieb. ante pascha nō comedatur nisi panis cum sale, Cæterū nō oēs ecclesias id obseruasse uel ex Irenæo apertum est: quem citat Euseb. lib Eccle. hist. 5. cap. 24.

Damascē.
August. de
Bapt. con-
tra Donat.
lib. 2. cap. 7
lib. 4. cap.
4. lib. 5. ca
23. & de cu
ra pro
mort.

1. Cor. 7.
1 Ioan 5.
1. Theff. 4.

Alibi dicebat apostolos præcipisse se pascha celebrare more Iudaico. At his palam contradicit Socrates historicus lib. Eccl. hist. 5. cap. 22. Epiphanius contra Valesianos dicit Cœlibatū ministrorū esse traditionē. Alibi legitur traditione præcipisse apostolos orare & offerre pro mortuis: quod nisi quis intelligat de gratiarū actione, quis non uideat Traditiones huiusmodi manifeste pugnare cum doctrina euangelica & apostolica, & ea de causa nihil his similibus esse tribuendū? Postremo uideo beatū Irenæum aliquot locis ualde prædicare & urgere traditionem apostolicā. Id quod aduersarij nostri detorquet ad oēs illas suas cōfictas traditiones de Missa, de Imaginib. de Monachatu & reliquis id genus

genus capitibus. Atqui nihil intelligit in præcipuis illis locis beatus Irenæus per apostolicam traditionem, quã sensum illum fidei communem adeo que ipsum Symbolum apostolicum. Nolo hic mihi credatur, nisi ipse Irenæus hoc ipsum dicat quod ego dixi. Legatur ergo lib. 1. contra Valent. ca. 2. & 3. item lib. 3. cap. 4. Utrobiq; concorditer articulos fidei recitat sigillatim, deinde hanc professionem fidei apertissime appellat traditionem. De hac traditione loquitur est Constantinus ille Imperator maximus in epistolis suis quas Eusebius recitat sub finem ferè lib. 3. de uita Constantini. Eatenus ergo ecclesiæ euangelicæ nulla difficultate eam quam modo dixi traditionem agnoscunt: aliàs uero traditiones siue apostolicæ siue patrum appellentur regulæ, uerbi Dei adhibent & pro similitudine aut dissimilitudine uel reijciunt uel recipiunt: iuxta præceptum domini Matt.

§4 *ECCL. EVAN. VERAS.*

15. cap. & apostoli Pauli ad Col. 2. De quibus superius dixi. Quid uero in his peccare uidetur euāgelica ecclesia? Nihil hic habet cōmune cum hæreticis, quibus receptum erat simplicioribus prætextu traditionum falsa tradere dogmata, cōtra uero ueram traditionem, id est symbolū apostolicum uellicare corrumpere ad eoque et negare & conculcare. Possem hic plurima proferre contra nostros aduersarios, quibus hic traditionū prætextus etiam contra ipsas scripturas simplicitatēque traditionis, imò & præ qualibet qualiscunque tandē sit uel asserenda uel confutanda, utilis esse uidetur: uerum hoc in aliud oportunius tempus referuo.

Hactenus de Principijs fidei Christianæ certissimis absolutissimisque quæ potui breuitatē differui. Ex quibus illud imprimis inclarescere arbitror, ecclesias euangelicas nullam nouam de fide doctrinam comminisci, sed
 uete.

Veterem toto pectore complecti & confiteri, nihil deniq; synceræ doctrinæ, siue per scripturas siue per traditiones scripturis congruas allatæ, respuere, ideoq; à nouatoribus & tergiversatoribus hæreticis quàm longifime abesse.

Hac autem uera ueræ fidei doctrina confirmata euāgelica ecclesia ex sola Dei misericordia & gratia per Iesum Christum mortuum & resuscitatum pro nobis, iustificationem, id est plenam omnium peccatorum remissionem, iustitiam uitamq; æternā expectat. Credit fide recipi Christum cum donis suis, ac per fidem habitare Christum in cordibus nostris. Fidem autem disci uerbo euangelij, precibus postulari à Deo, & conferri gratuito per spiritum sanctum.

Iustificatio.

tio.

Meritis & operibus humanis non tribuit quod fidei, imò Christo redemptori gratiæq; diuinæ unicè deberi, intelligit. Paulus em̄ apostolus,

De gratia & merito, de fide & operibus.

Ephes. 1. Gratia, inquit, seruati estis per fidem, idq; non ex uobis: Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Nam ipsius sumus figmentum conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut in eis ambularemus. Opera itaque ex uera fide, per Christi spiritum in corda nostra effusum, profecta, & secundum regulam uerbi Dei charitatisq; profecta, uerè bona esse agnoscimus: ac nisi ea sedulò à iustificatis fiant frustra fidem iactari asserimus, Petro quoque apostolo ita nos docente, & dicente, Omni adhibito studio subministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute uerò scientiam, in scientia uerò temperantiam, in temperantia uerò patientiam, rursus in patientia pietatem, in pietate fraternam charitatem, in fraterna uerò charitate dilectionem. Hæc enim cum uobis adsint & exuberent, haud ociosos

Iacobi 2.
2. Pet. 1.

ociosos nec in irritum laborantes efficiunt in cognitione Domini nostri Iesu Christi. Nam cui hæc non adsunt, is cæcus est, & manu uiam tentans, oblitus se à ueteribus suis peccatis fuisse purgatum. Non sapit hæc doctrina de gratia & meritis, de fide item & operibus ullam hæresim. Rursus itaque claret euangelicam ecclesiam ueram esse Christi ecclesiam.

Si obijciant ideo nostram meritò damnari doctrinam, quod constanter asseramus sola fide hominem iustificari: respondemus nos nullum hic nouum loquendi genus confinxisse, neque solos nos asserere sola fide iustificari credentes. Mutuati enim sumus hanc sententiam ex ipsis scriptis Euangelicis & Apostolicis, denique ex doctoribus quibusdam ecclesiæ non hæreticis, sed orthodoxis. Dum etiam clarè satis declarauimus

Sola fide
iustificari
credentes.

nos illa nostra sententia non contem-
dere fidem esse solam, id est infrugife-
ram, sed solam esse salutis nostræ cau-
sam.

Si ex Lege
est iustitia,
ergo Chri-
stus fru-
stra mor-
tuus est.

Constat enim nos non propter no-
stra opera, sed gratis propter Christū
iustificari, adeo quod peccata nobis non
imputari, sed iustitiam Christi poti-
us imputari; iustificatos autem face-
re opera iustitiæ, quibus tamē fideles
cum gratis se iustificatos esse sentiāt,
minimè iustificationem tribuunt, li-
cet opera fidei Deo probari nihil am-
bigant. Quod si aduersarijs libeat eti-
am euangelicam & apostolicam do-
ctrinam unā cum Origene Chryso-
stomo & Ambrosio, qui manifestissi-
mè dicunt fideles sola fide iustificari,
condemnare crimine hereseos, malu-
mus profectò cum his esse hæretici,
quàm cum aduersarijs orthodoxi &
catholici.

Poeniten-
tia sanātur
vulnera
peccatorū

Eadem illa euangelica ecclesia ue-
niam lapsis non negat, imò agnoscit
synce-

synceram pœnitentiam salutarem esse
 medelam sanandis in ecclesia pec-
 catorib. si uidelicet accusati per uer-
 bum Dei et illuminati spiritu sancto,
 peccata commissa agnoscant, & con-
 fiteantur Deo, serio item de comis-
 sis doleant, & condonationē per Chri-
 sti meritum sperent, sed & nouam ui-
 tam uiuant. Vbi iterum apparet nos
 nullam nouam de pœnitentia doctri-
 nam in ecclesia Dei comminisci. No-
 ua sunt quæ finguntur de peccatis ne-
 cessario, nisi quis perire malit, non so-
 li quidem Deo, sed & sacerdoti pro-
 prio, ad extremas usq; cogitationes
 & minucias, per omnes circumstan-
 tias confitendis: de casib. papalibus
 & episcopalibus reseruatis, de satisfac-
 tionibus & indulgentijs. Custos car Acto. 16.
 ceris apud Philippos prociēs ad pe-
 des apostolorū, rogat, Domini, quid
 me oportet facere ut saluus fiam? au-
 dit, Crede in Dominum Iesum & sal-
 uus eris tu, & tota domus tua. Non

Astor. 2.

Claues.

Lib. 4. cap.
20.

aliud consilium dat beatus Petrus Hierosolymitanis ciuibus corde cōpunctis, & dicentibus, Quid faciemus uiri fratres? Respondit Petrus, Respiscite, & baptisetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi, ad remissionem peccatorum. Et reliqua. Ad hunc autem modum leguntur apostoli clauibus regni cœlorum sibi à Christo traditis, uos esse, & hac ratione aperuisse credentibus regnum cœlorum. Hoc modo utitur adhuc ecclesia euangelica clauibus à Christo sibi datis. Veteres ergo Christi, non nouas & potestate multiplici pollentes adeoque monstrificas Papæ clauis habet. Lactantius qui nunquam erroris in negotio pœnitentiæ notatus fuit, postquam dixisset extra ecclesiam catholicam nullam inueniri salutem, protinus subiicit, Sed quia hæretici etiam suam catholicam ecclesiam esse putant,

putant, sciendum est illam esse ue-
ram, in qua est religio, confessio, &
pœnitentia, quæ peccata & uulne-
ra, quibus est subiecta imbecillitas
carnis salubriter curat. Hæc itaque
medela salubris, cum non desit ec-
clesiæ euangelicæ, in qua etiam sin-
gulariter oppugnatur desperatio,
& solida spes figitur & confirma-
tur, quis porrò dubitet ecclesiam
euangelicam ueram esse Christi ec-
clesiam?

Est præterea in ecclesia nostra fra-
terna admonitio, correptio atque
correctio scelerum & flagitiosorum
hominum aliqua. Quanquam enim
pijs uotis fidelium hic per omnia
nondû plenè satisfiat, agnoscitur ta-
men in ecclesia euâgelica aliqua Chri-
sti disciplina. Duplex est disciplina,
alia quidem cleri, alia uerò plebis. Ec-
clesia euang. per celebrationem syno-
dorum, & alias rationes commodas

Admoni-
tio & cor-
rectio fra-
terna.

retinet clerum in officio. Disciplina plebis constat legibus bonis & executione earum. Qualis ea sit apud nos prædicet alij: ego in executione multa nobis deesse uideo. Quanquam uerò desideret aliquid ac seuerior censura omnia scādala ad unum nō excindat, agnoscit tamē inter nos optimus quisq; multa reseruari radicitus euellenda iudicio futuro: agnoscit pius quilibet culpam & deprecatur quoties minus facit quā intelligit requiri à Domino. Possem postulare ab aduersarijs, ut suam quoq; illam quam in sua ecclesia habent disciplinam ostendant: quia uerò innocentiam nostram asserere malo, quā alijs obiectare sua crimina, alijs magis ociosis alacrioribusq; hæc relinquo excutenda. Hactenus in euangelica ecclesia spero palam præcipuas inuentas esse ueræ ecclesiæ Christi notas, ideòque nos nihil prorsus commercij habere cum ecclesijs hæreticis & schismaticis.

Iam

Iam retinetur quoque in ecclesia Evangelica oratio illa sacrosancta & vere diuina, quam nobis ceu cōpendiū omniū orationū uel formularū orationis ipse Dei filius Iesus Christus tradidit, descriptā apud Mattheum in ca. 6. Retinet & exercetur in ecclesia nostra uera ueri & omnipotentis Dei inuocatio, unā cum debita pro donis beneficijsque acceptis gratiarū actione. Et retinetur quidem illa pura atque sincera. Vbi que enim uulgari singulisque nota utimur lingua, siue uero canamus siue sine cantu præcemur. Liberum enim esse quis ignoret, uel canere uel non canere in templis pro ecclesiarum commodo aut incommodo? Solum Deum illum patrem nostrum clementissimum omniscium & omnipotentem inuocamus, & inuocamus quidem, sicut ipse nos docuit, per Iesum Christum dominum nostrum. Creaturas autem non inuocamus, nec pro crea-

Oratio &
inuocatio
Dei per
Christum.

tore nec cum creatore. Inuocamus
 Rom. 10. eum in quem credimus: in solum aut
 Deum credimus, non in creaturas: solum
 ergo Deum, sine creatura inuocamus.
 Interces- Intercessionem mortuorum, eorum, in qua
 sio diuorum quorum spiritus uiuunt apud Deum in cœ-
 lis, minime postulam. Etenim cum scri-
 ptura nos doceat in Deo solo esse om-
 nium bonorum exuberantiam, & Chri-
 stum Iesum apud Deum patrem omnia
 munia fidelissimi intercessoris sedu-
 lo fideliter semper & perfectissime
 implere, nulla superest fidelibus caus-
 sa ob quam diuertant ad alios, quam
 ad Deum solum, aut alteri quam Christi
 patrociniū apud Deum patrem expetant.
 Matth. 11. Venite ad me omnes (ultrò clamat)
 Ioan. 16. qui laboratis & onerati estis, & ego
 reficiam uos. Amen dico uobis quæ-
 Hebræ. 4. cunque petieritis patrem in nomine
 meo, dabit uobis. Et Paulus ait, Non
 habemus Pontificem qui non possit
 affici sensu infirmitatum nostrarum,
 sed tentatum per omnia, iuxta simi-
 li-

litudinem absq; peccato. Accedam⁹
 ergo fiducialiter ad thronum gratiæ,
 ut cõsequamur misericordiã, & gra-
 tiam inueniamus ad oportunũ auxi-
 lium. Quid ergo hic peccat ecclesia
 euangelica, quæ obediens euãgelicis
 & apostolicis præcepis, Christum re-
 cta accedit, & per huius solius inter-
 uetum Deo commendari desiderat.
 Nullus sanctorum apostolorũ dũ in
 hisce terris uixit legitur postulasse in
 intercessionem uel patrocinium ul-
 lius patriarchæ prophetæ aut marty-
 lis. Oes Deũ solũ per unicũ Christum
 inuocarũt. Cur ergo aliena exẽpla se-
 queremur? Est aut uera & pura hæc
 Dei inuocatio uerus Dei cultus & sa-
 crificium Deo lóge acceptissimum:
 quod & Paulus post prophetas atte-
 statur. Nulla ergo in his hæresis, nul-
 lũ schisma deprehenditur. S. August.
 illud Ioannis enarrans, Filioli, si quis
 peccauerit, aduocatum habemus ap-
 pud patrẽ Iesũ Christũ iustũ, Ioã. inqt

Hebræ 13.
 Rom. 12.

Super epi.
 Ioan. cano-
 nicam.
 1. Ioan. 2.

de pectore domini myfteriorū secreta bibebat. Ille talis uir non dixit, Ad uocatū habetis apud patrem, sed aduocatum habemus. Non dixit habetis, nec me habetis, nec ipsum Christū habetis: sed & Christū posuit, non se, et habemus dixit, nō habetis. Maluit se ponere in numero peccatorum, ut haberet aduocatū Christū, quam poneret se pro Christo aduocatū & inueniri inter damnandos superbos. Fratres, Iesum Christū iustum habemus aduocatū apud patrē, ipse propiciatio est peccatorū nostrorū. Hoc qui tenuit hæresim nō fecit: hoc qui tenuit schisma non fecit. Hæc illæ. Quia ergo sequimur præceptum apostoli, qui nec hæresim nec schisma fecit, & nō inuocamus Ioannem aduocatum in cœlis cum Christo uentem, sed solum Iesum Christum, neque hæretici, neque schismatici iure possumus appellari.

Veneratio
sanctorum

Interim non aspernatur diuos in
cœlis

cœlis nec sua gloria ipsos fraudat E-
 uangelica ecclesia. Ita enim uenera-
 mur eosdem sicuti uenerari docent
 sanctæ literæ. Sentimus de eis hono-
 rifice ut decet sentire de Dei electis.
 Pro fide & doctrina ipsorum gratias
 agimus Deo, confortésque ipsorum
 fieri deprecamur. Diligimus eos, ut
 fratres, laudamus ut doctores & e-
 xempla fidei, defendimus contra im-
 pios & calumniatores ut fideles &
 æterna dignos gloria, agnoscimus e-
 os ut charos amicos & fratres filij
 Dei, predicamus eos ceu egregia Dei
 instrumenta, per quæ Deus & nostrâ
 salutē & res maximas planeq̃ admi-
 randas operatus est. Nemo opinor
 dicet nos nos hostes esse sanctorum
 cum Christo in cœlis regnantium,
 qui hæc illis ex animo sincero uene-
 randoq̃ tribuimus, Deo dātes quod
 Dei & sanctis ei⁹ quod sanctorū est.

Rursus non habet ecclesia euāge-
 lica noua Sacramenta, nec plura ha-

Sacramenta
 Christi &
 ecclesiæ.

Baptismus

bet, quam ipse Deus ei tradidit: si quid aliud est disciplinæ & ritum, id ita ueneratur & usurpat, sicuti ipsum usurpare iussit Dominus, aut exempla Apostolica præeundo docere. Ergo Baptismum non nouum habet, sed ueterem, illum inquam qui sub inuocatione nominis Dei, datur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, ad remissionem peccatorum. Hoc Baptismo credit omnes per Christi spiritum in unum corpus baptisari, credentibusque semper efficacem esse baptismum: semper enim corporis sui membra irrigat spiritu suo Christus.

1. Cor. 12.

Rom 6.

Galat 3.

Ecclesiæ
caput &
membra
ecclesiæ.

Sumus itaque itaque ecclesiæ Christi uera membra sub uno illo capite regeque & pastore & Pontifice maximo Christo Iesu domino nostro. Non sumus schismatica disiectio. Costanter enim unico capiti Christo domino nostro adhæremus, nec à societate membrorum aut corporis ecclesiastici,

stici, cū quo spiritu fide & dilectione
 connexi sumus, recedimus, cur ergo
 schismatici appellamur? Si aliud subi-
 remus caput, aut à ueris Christi mem-
 bris recedentes, alienis coniungere-
 mur, nouam constituentem ecclesi-
 am, recte notaremur crimine schif-
 matis, nunc cum agnoscimus eccle-
 siam modo unam esse, & hanc esse
 communionem sanctorum per totū
 terræ orbem disperforū, in cuius so-
 cietate permanere modis omnibus
 contendimus, deniq; cum clamem⁹
 cum S. Petro, & dicamus: Domine, Ioan. 6.
 quo ibim⁹? uerba uitæ æternæ habes,
 & nos credimus & cognouimus qd̄
 tu es Christus filius Dei uiui, cur oro
 schismatici appellamur?

Participamus item de eadem mēsa Coena Do-
mini.
 domini cum omnibus sanctis per to-
 tam ecclesiam Christi gratias agenti-
 bus pro ingenti beneficio redēptio-
 nis. Eundem edimus cibum spiritua-
 em, eundem bibimus potū spiritua-

lem cum omnibus per catholicam ecclesiam fidelibus. Idem sumus panis & unum corpus cum Christo & cum omnibus fidelibus. Quo ergo iure schismatici appellamur? An ideo condemnabunt nos aduersarij nostri hæreseos crimine quod eam credimus optimam esse cœnæ mysticæ celebrandi formulam, quam ipse nobis Christus instituit, apostoli tradiderunt? An ideo condemnabunt nos aduersarij nostri hæreseos crimine, quod domini præcepto, Bibite ex hoc omnes obedientes, utraque specie communicamus? An ideo condemnabunt nos aduersarij nostri crimine hæreseos, quod ad dexteram patris residentem non sub specie panis & uini latitantem adoramus Christum Dei & Mariæ filium? An ideo condemnabunt nos aduersarij nostri crimine hæreseos, quod unicum sacerdotem Christum, & unicam corporis eius hostiam semel tantum in cruce obla-

oblatam, semper autem in cōspectu Dei patris efficacē ad expiāda populi peccata, agnoscimus: cœnam uerò mysticā pro recordatione semel pro nobis in cruce oblatis sacrificij recolimus? condemnent itaq; prius ipsum Christum, qui hæc nō aliter instituit, condemnent eius apostolos, qui nos ita credere & ita agere docuerunt.

Quod si hoc uel cogitare nephas esse ducunt, cessent ergo crimine hæreseos aggrauare euangelicam ecclesiā, quæ nihil hic sentit, nihil hic agit, quod non acceperit ab ipso Christo Domino & didicerit à sanctis eius apostolis.

Beatus apostolus Petrus de prauis loquens doctoribus: Dominationes inquit, contemnūt, audaces, sibi placentes, præfracti, qui gloria præcëlentes non uerentur conuitijs incessere. Et quæ sequuntur. Nos itaq; abhorrentes ab illo doctrinæ genere illamq; ambitiosam & audacem, con-

Principes
& magistratus ac obedientia.
2. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Rom. 13

3. Thef. 4.

3. Thef. 3.

tumeliosamq; hominum istorum rebellionem condemnantes, omnem principibus & magistratibus honorem deferimus aliosq; omnes his deferre docemus, illud sancti Petri inculcantes, Deum timete: regem honorate. Et illud Pauli, Reddite igitur omnibus quod debetur, cui tributum tributum, cui uectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Scholas & studia artium bonarum approbamus, imò summa fide & diligentia (absit uerbo inuidia) iuuare satagimus. Bonas quoque & æquas politicas leges, defensiones necessarias iustè susceptas, & iusta contra fontes supplicia non damnamus. Policiam & œconomia, negociationes honestas, & artificia proba, proprietatem rerum & quæ his similia sunt olim reprobata ab apostolicis sectarijs, minime improbamus. Docemus autem fugere ocia & laborare manib. iuxta apostolica præcepta.

cepta. Vbi aliàs quoq; ob causas necessario monachismũ in ecclesijs nostris abrogare coacti sumus. Nã is cuius meminere ueteres lógè alius fuit, quàm is sit qui omnes ferè respu. hodie affligit. Vt in enumeratis omnib. cum sectis aut schismaticis nihil commune habeamus.

Beatus apostolus Paulus ex spiritu dei sancto uaticinatur postremis temporibus uéturos homines corruptissimos qui attendãt spiritib. impostoribus, ac doctrinis dæmoniorũ, prohibentium contrahere matrimoniũ, & iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus. Nos itaque ieiunia sobria prædicamus, cibũ interim infamẽ non reddimus, liberũ perpetuo ciborũ usum cõcedentes. Docemus aut ab ijs omnib. ad tẽpus abstinendum esse, quibuscunq; carnem ferociorem fieri, quo minus obtemperet spiritui, persentiscimus.

Ciborum
delectus.
1. Timo. 4.

1. Cor. 7.
Hebr. 13
1. Cor. 16

Connubio autem nulli interdici-
mus uel ordini uel ætati maturæ uel sexui:
licet interim uirginitatē sua laude nō
defraudemus. Honorabile est apud
omnes connubium, & cubile impol-
lutum. Execramur uerò immundici-
am omnem, fornicationem, adulteri-
um, incestus & nephandas libidines.
Execramur ebrietatem, crapulam, lu-
xum & omnem intemperantiam. Do-
cemus temperantiam, frugalitatem
& castimoniam. Docemus cum apo-
stolo Paulo quemlibet suum uas pos-
sidere in puritate ac sanctimonia, si-
ne qua Deum nemo uidebit.

1. Thef. 4
Hebr. 12

Charitas
& opera
misericor-
diæ.
Ioan. 13.
Matth. 25.

Addimus his charitatem Christia-
nam Christianorum proprijsimam
esse notam, iuxta illud saluatoris, In
hoc cognoscent omnes, quod disci-
puli mei sitis, si charitatem habuerit-
is inter uos mutuam. Proinde dam-
namus cædes, regum & principū fu-
rores, bella iniusta, prodiones, par-
ricidia, ueneficia. Scimus enim Deo
præ

præ omnibus alijs uirtutibus probari misericordiam seu beneficentiam. Osee 6.
Matth. 9
Misericordiam uolo, ait Dominus, et non sacrificium, & scientiã Dei plus, quàm holocausta.

His accedit quod propter hanc fi Persequu-
dem & propter eandem doctrinam tio prop-
in eodem corpore cum omnibus san ter Chri-
ctis constituti, illã ipsam sustinemus stum.
persequutionem, quam ante nos sus-
tinuerunt hinc ad Abelum usq; quot
quot eiusdem nobiscũ fidei confes-
sores fuerunt. Si de mundo fuissetis, Ioan. 15.
inquit in euangelio Dominus, mun-
dus quod suum est diligeret. Quia ue-
rò de mundo non estis, sed ego selegi
uos de mundo, propterea odit uos
mundus. Quanquã enim simus pec-
catores & in multis delinquamus om-
nes, uerè tamen gloriari possumus
aduersarios nostros non odisse uos
propter delicta, sed propter pietatis
studium, synceramq; religionis pro-
fessionem. Gratiore autem multò

1. Pet. 4.

multis futuri eramus si in eandē cum
 ipsis luxus refusionem, & in omnem
 religionis & morum corruptelam
 effunderemur. Ergo non sumus se-
 parati à societate ecclesiæ hinc inde
 ad exordium usque mundi recurren-
 tis. Sub eodem cum omnibus san-
 ctis imperatore militamus, eandem
 cum illis spem ac expectationem ha-
 bemus. Omnia uitæ salutis & auxi-
 lij reponimus in uno & eodem re-
 muneratore Domino Deo nostro Ie-
 su Christo. Summus itaque uera ue-
 ræ ecclesiæ Christi membra, ut ad-
 uersarij non sine scelere hætenus ac-
 cusarint ecclesiæ Christi euangelicæ
 membra hæreseos & schismatis.

Aduersari-
 orum ob-
 iecta.

Verum occinent hic nobis, pro-
 culdubio, ueterem illam suam can-
 tilenam, defecisse nos à sancta Ro-
 mana ecclesia, collegisse ecclesiam
 nouam & schismaticam, utpote quæ
 careat & capite & episcoporum con-
 tinua successione : ecclesiam ergo
 illam

illam nouam non esse ecclesiam, sed paucorum nebulonum conspirationem, progressam ab hominibus obscuris & anathemate iam dudum percussis, & quæ in diem magis magisque diffuat & dilabatur, ut uel eo iudicio semetipsam prodat, cum nõ sit stabilis, quod iuxta sententiam Gamalielis, ex hominibus, non ex Deo sit. Ad quæ paucis ita respondemus, expendendum scilicet esse ante omnia, quænam & ubinam uera sit Christi ecclesia. Non omnes qui appellantur Israel, ait Apostolus, sunt Israel: ita non omnes qui gloriantur nomine ecclesiæ sunt uera ecclesia, sed quæ unico Christo sponso & capiti annexa unius sponsi & pastoris uocem audit et in eodem cum omnibus sanctis permanet. Ab ea ecclesia nunquam defecimus siue ea nomen Romanum, siue Alexandrinum, siue Constantinopolitanum, siue Antiochenum habeat.

Defectio à
uera uel à
Romana
ecclesia.
Rom. 9.

Quæcunq; enim Christi ueritatis &
 ueræ pietatis sunt uel fuerunt, in his
 aut in qualibuscunq; per orbem ec-
 clesijs, ea toto pectore amplectimur
 & syncere in finem usq; retinere stu-
 demus. Defecimus autem & abhor-
 remus à Romanis nequitijs, à Roma-
 nis erroribus, à Romanis corruptio-
 nibus, à Romanis mendacijs, à Roma-
 nis imposturis & à quibuslibet quo-
 rumlibet abusibus, quemadmodum
 & à Iudaismo & à Mahumetismo
 prorsus abhorremus. Optime quidē
 conuenit nobis cum ueteribus illis
 ecclesiarum sedibus, Alexandria &
 Antiochia & Constantinop. sed cū
 Mahumetica corruptione earundē,
 in qua hodie uniuersi hærent, nō con-
 uenit. Conuenit nobis pulchrè cum
 ueteri Romana ecclesia, quàm tanto
 pereuas electionis Paulus prædica-
 uit, sed non conuenit hodie nobis cū
 corruptione illa extrema Romanæ
 ecclesiæ quam ipsi etiam amici eius
 uituperare

Rom. 7. &
 25. & 26. ca.

vituperare imò & horrere propter
 abominationem coguntur. Ideo ne
 ab ecclesia Christi defecimus, quod
 errores Romanæ ecclesiæ ex animo
 & ex præcepto Christi auersamur &
 refugimus? Sancti Prophetæ Dei, ipse
 Dei filius Iesus Christus dominus no-
 ster unà cum electis suis apostolis re-
 uera erant in corpore ueræ & catho-
 licæ Dei ecclesiæ, tametsi interim nõ
 partièparent cum ea ecclesia quæ
 tum se uenditabat pro uera Dei ec-
 clesia: imò hæc excommunicabat ac
 persequebatur Prophetas & Christũ
 & apostolos, dånabatq; palàm pro
 hæreticis & schismaticis. At erant hi
 nihilominº orthodoxi & catholici.

Quomodo autè noua dicitur esse
 ecclesia euāgelica, quæ inde ad exor-
 dium mundi usq; refertur, quæ Chri-
 stum æternum Dei filium fundamen-
 tũ habet, & apostolos atq; pphetas
 agnoscit fundatores, omniaq; signa
 ueteris ecclesiæ palàm omnib, in seip

Nota ec-
 clesia & a-
 cephalæ.

sa ostendit? Acephala non est quæ filiū Dei Iesum Christū agnoscit & uenerat, eū inquā quæ apostoli appellat caput & salutē ecclesiæ regē & Pōtificē Neque sine cōtinua successiōe episcoporum est ecclesia euangelica quæ suā doctrinā ad apostolos usque Christi referre potest.

Successio
Episcoporum
contina.

Habebat Christus contra se ueterē illā in sede Hierosolymitana Pōtificum seriem continuam. Eadem et apostolis erat aduersa: sed quis eam ob rem negauerit ecclesias ipsorum ueras fuisse ecclesias? Quis doctrinā Christi & apostolorum redarguerit mendacij, nisi impijssimus quisque? Præterea successionem illam Pontificum Romanorum qualis sit, eorū maxime, qui à quingentis annis in sede illa regnarunt, explicare possem, si Suetonium imitari ac sicut ille Cæsarium uitas spurcissimas, ita ego Pontificum multorum fraudes execrandas & nephanda flagitia retexere, de
niq̃

niq̄ illud Pauli, Ex uobis ipsis exoriantur uiri loquentes per uersa, ut abducant discipulos post se, exponere uellem. Cæterum sufficit hæc uel attingisse, quod intelligentibus loquar. Hominum per paucorum non est ea ecclesia, quæ toto terrarum orbe diffusa est & omnes comprehendit fideles: nisi forte illud spectare uelint aduersarij, quod Dominus in Euangelio dixit: Multi sunt uocati, pauci electi. Et iterum, Angusta est porta & stricta uia quæ abducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt illam.

Porro nulla est in nobis conspiratio in rem prauam, sed consensio sancta in doctrinam & obedientiam Christi. Nebulones non sumus, utpote qui nemini uel nebulas uel tenebras ad decipiendum offundimus, sed omnes ad clarissimam lucem euāgelij inuitamus. Nec ab hominibus obscuris & anathemate percussis edificata est ecclesia euangelica, sed ab

ipsis Christi apostolis uiris toto terrarum orbe clarissimis. Tametsi enim eorum hominum ministerio (quorū maxima laus est apud pios) ad nos perlata sit prædicatio euangelij, initium tamen tanti boni non ad homines, sed ad ipsum Christum Dei filium referimus. Corinthijs primus Euangelium prædicauit Paulus, sed ea de caussa noluit eos appellari Paulinianos, sed uoluit nominari Christianos. Quod si Christus qui est lux uera mūdi, si Apostoli qui sunt luminaria orbis, homines sunt obscuri & anathemate percussi, fatemur doctrinam nostram profectam esse ab hominibus obscuris & anathemate percussis. Cæterum certum est eos qui hanc eis notam inurere conantur, satis superque satis illuminandos fore in regno illo suo, ubi lumen ignis erit infernalis.

Apertissimum uero proferunt mendacium cum fingunt ecclesiam Christi

Quibus au-
thorib. æ-
dificata ec-
clesia.

Christi euangelicam in diem magis magisque diffluere atque disparere. Id nimirum tanto hiatu proferunt propter Germaniam non ita pridem bello petitam atque afflictam. An uero non uident miseri, Germaniam ut aurum igni esse probatam? Dicebat Petro Dominus, Simon Simon, Luc. 22. ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum, sed ego rogavi pro te ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ac collapsus est Petrus & negauit Dominum; quin ipse dominus adactus est in crucem, diffugeruntque ab eo discipuli eius omnes. Quis uero inde colligat, ergo doctrina Christi est falsa? ergo apostolica ecclesia non est ecclesia? An ignorant aduersarij omnes qui pie uolunt uiuere persecutionem sustinere oportere? Aut cur non uident, quod non sine dolore uerum esse fateri cogun-

tur in illa ipsorum exultatione regnum ipsorum de die in diem magis magisque atteri diminui atque collabi, Christi que euangelium subinde clarius prædicari adde & radices agere in ipsa etiã Italia & Gallia, florere in Anglia, herbescere in Polonia, in Hungaria, in Insulis non paucis, adeoque in ipsa Turcia. Vt cùm enim Episcopis in centoribus reges & principes igni & ferro fideles persequantur, & sapientes huius sæculi concurrant & consilia inter se communicent quomodo impediant regnum Christi, & excindant prædicationem euãgelij, nihil tamen his omnibus proficitur: intonat perseveranter prædicatio euãgelij, intonabitque utcumque ringatur hic mundus in finem usque sæculi, quo uenturus est ipse Dei filius, daturus quietem & gloriã afflictis amicis & cultoribus suis, præcipitaturus autem hostes suos à facie sua in stagnũ sulphure in æternum ardens.

Iam

Iam si quis notas ueræ orthodoxę & catholicę Christi ecclesię ex tota hac sat alioqui proluxa tractatione & apodixi colligat diligentérque ex aduerso euangelicam inspiciat ecclesiam, cui intentatur ab aduersarijs crimen hæreseos obseruans an in ea potiores deprehendantur ueræ ecclesię notæ, fatebitur protinus illis ipsis esse pereleganter exornatam, ideoque ab omnibus omnium aduersariorum accusationib. & calumnijs repurgatã. Recipit. n. eccl. euangelica omnes & singulos utriusq; testamenti libros sacros & canonicos. His credit per omnia sine omni contradictione & dubio tanquam authenticis id est ex semetipsis plenariam absolutamue habentibus auctoritatem. In his omnem ueritatem credendam omniãque pietatis mysteria & officia plenè contineri doceriq; predicat: ideoque omnia ecclesię negotia omnes eius quæstiones

ad illas refert & iuxta ipsarum definitiones pronunciat, ordinat & reformat. Sensum autem scripturæ sanctæ non quemlibet cuiusq; agnoscit, sed illum maxime catholicum et genuinum sensum petitum ex ingenio spiritus sancti & ex ipsarum scripturarum collatione, fidei & charitati conformem per omnia. Vbi reuera uetustati nõ ingrata, sed grata est magni faciens ueterum labores sacris disputationibus impensos, & libenter utens pijs ueterum Ecclesiæ antistitum interpretationibus, à canone sacro nihil discrepantibus. Interpretationi autem scripturæ & curam ecclesiarum non quibuslibet permittit euange. ecclesia, sed ad hoc legitime dilectis designatisq; canone apostolico. Sacrosancta sunt eidem prima fidei Christianæ principia p̄sertim prima illa ac salutaris à Deo in paradyso facta promissio de Christo redemptore, confrigente caput uel regnum

regnum potentiamq; diaboli. Sacro sanctum est eidē unicū illud & æternum cum primis illis parentibus nostris in exordio mūdi initum fœdus, sed sæpius renouatū postea cum beatis patribus. Sacrosanctæ sunt eidem sacerrimæ illę fœderis tabulæ, digito Dei scriptæ, totumq; pietatis mysterium cōtinentes. Sacrosanctū est eidē uetustissimū illud symbolum, quod appellant apostolorū, uniuersum mysterium fidei comprehendens: cui toto & sincero corde credimus, quod & pleno ore confitemur: unde & omnes hæreses & hæreticos disertè cōdemnamus. Facile autem recipimus omnia symbola & omnes definitiones de fide, siue Conciliorū sint, siue patrū, si cum apostolico congruant symbolo. Neq; omnino abhorret à Traditionibus uetustis euāgelica ecclesia, congruētibus uidelicet his cū doctrina euāgelica & apostolica scriptura. Prædicat eadem gratiā & misere

ricordiam Dei in Christo, profitens iustificari credentes solius Christi merito, per solam fidem in Christum, non per opera uel merita humana. Interim docet opera bona ex fide uera necessario enasci, & fidem in-
frugiferam cum beato Iacobo apostolo docet mortuam esse fidem. Agnoscit omnes homines esse peccatores & in pluribus labi omnes, ideoque perpetua medela opus esse peccatoribus, & poenitentiam quidem esse medelam fatetur, salutarem credentibus in Christo. Et hic quidem sicuti alibi quoque locum habent clauces regni cœlorum. Nec negligit hic tempestiuam admonitionem & correctionem fraternam. In his omnibus Deum sedulo, imò sine intermissione orat: retinet illibatam Dei inuocationem per unius Christi Domini nostri interuentum. Sacramenta nec plura nec pauciora agnoscit, quàm ipse Deus ecclesiæ suæ

suæ dederit. Per baptismum ingreditur in ecclesiam, abluatur & Deo obstringitur. Cœna mystica alitur, imò celebrat memoriam redemptionis humanæ tradito corpore & effuso Christi sanguine partæ. Agit gratias pro beneficijs, & suam fidem palàm profitetur. Manet ergo in unitate corporis mystici, sub unico capite & rege & pontifice & pastore Iesu Christo: non diuellitur à fidelium membrorum arctissima societate. De magistratu & principibus honorifice sentit, utique ministros esse Dei, ideoq; eis parendum pendendumque quod debetur. Non damnat uel politica uel œconomica cum pietate nihil pugnantia. Cibos quos Deus condidit ad usus fidelium, non prohibet: non prohibet ulli sexui uel ordini matrimonium, fornicationem & omnem immunditiam, intemperan-

tiamq̄ infectatur. Cōmendat imprimis charitatem omnibus seruandam erga omnes. Colit Deū beneficentia. Patienter fert crucē propter nomen Christi domini impositā, ut in societate corporis permanēs ecclesiastici, prēmia accipiat cū omnibus sanctis, qui ab exordio mundi persecutionē sustinuerūt propter iustitiā. Nihil nouum est in euangelica ecclesia, uetera sunt omnia, Doctrina fidei, Fides, Claves, Oratio, Sacramenta, deniq̄ omnia. Non recedit à capite Christo: nō diuellit à membris, à cōmunione inquam sanctorum. Has in quā ueræ ecclesiæ orthodoxæ & catholicæ Christianæ ueras notas cū inuenias in ecclesia euangelica, cur dubitas illā ueram Christi ecclesiam orthodoxā & catholicam appellare & libere agnoscere? cur dubitas illos omnes tanq̄ mēdaces & calumniatores deserere, qui ipsam hæreticā & schismaticam criminantur? Ac in præsentī, totaq̄
hac

hac tractatione non de illis loquor, qui zelo quodam suam sectantur religionem, & ex aliorum magis instigatione, quam ex sua uoluntate nos uituperant, nondum plenè intelligentes quam immaculata sit nostra religio. Deus illuminet eos: sed de illis maximè, qui docti appellantur & ductores sunt plebis, nec nostra ignorant, ideoque inuidia & malitia odioque ueritatis, imò auaritia potius quam ignorantia acerbissimè nos criminantur, nec ullum criminandi finem faciunt.

Cum autè hætenus ipsa luce luculentius inclaruerit omnibus aduersariorum nebulis tenebrisque discussis depulsisque, ecclesiam euangelicam ueram Christi orthodoxam & catholicam esse ecclesiam, nostrarum certè partium erit, patres honorandi & fratres filijque dilectissimi perseverare in hac uera Dei euangelica ecclesia & alacri mente in uia Domini, quam semel ingressi sumus, pergere. Si con-

demnet & persequatur nos hic mundus scimus quod non alia, nō suauiora aut meliora olim nobis ipse Dominus prædixerit, quem & priorem persequutus est. Si anathemate percutiat nos mitratorū collectio, quæ se uenditat pro œcumenico cōcilio legitimè in spiritu sancto cōgregato, cogitem⁹ dominū ipsum olim quoq; à summo pontifice & sacerdotum seniorumq; collegio esse condemnatum: cogitemus Deum nostrū benedicere benedicentibus semini Abrahamæ maledicere autem maledicentibus nos autem propter uerā in Christum fidem esse uerū semen Abrahamæ. Oremus interim sedulo Deum patrē nostrum per Iesum Christū Dominum, seruatoremq; nostrum, sine quo nihil possumus, ut is nobis uires cōcedat perseverandi in sancta ueritate euangelij eius, permanendiq; in orthodoxa & catholica Christi ecclesia.

ERRATA.

Fol. 2. lin. 16. lege præiudicaturus pro
præindicaturus.

Fol. 21. linea 3. lege false pro falsc.

Fol. 27. lin. 16. lege misericordia pro
merita.

Fol. 33. lin. 19. lege nos pro uos, & lin.
II. imaginum.

Fol. 45. lin. II. lege quatuordecim Pau
li epistolæ. Reliqua lector diligēs
facile ipse restituet.

*TIGVRI EX OFFICINA AN-
DREAE GESNERI F. ET RO-
dolphi Vuysenbachij, An-
no M. D. LII.*

I-190877

IN NOMINE DOMINI AMEN

Actum in curia Cantuariensi
die Martis proxima post festum
Sancti Michaelis archiepiscopi
Cantuariensis in anno
domini millesimo centesimo
nonagesimo octavo
pontificatus sancti
Petri Cantuariensis
episcopi archidiaconi
Cantuariensis

ACTUM IN CURIA CANTUARIENSI

DIE MARTIS PROXIMA POST FESTUM

SANCTI MICHAELIS ARCHIEPISCOPI

CANTUARIENSIS IN ANNO

DOMINI MILLESIMO CENTESIMO

NONAGESIMO OCTAVO

PONTIFICATUS SANCTI

PETRI CANTUARIENSIS

EPISCOPI ARCHIDIAconi

CANTUARIENSIS